

4 DE RE METALLICA

quia o'ia talia, scilicet argentum uiuum et sulphur in natura sua nō reperiri dicebantur in fodinis. sed hi maximè errant, nam reperiuntur in nostris fodinis in natura sua tum argentū uiuum, tum sulphur, uerè metallorum principia.

Chimistæ, ut planè more consueto occultè talia docerem principia, dixere principia metallorū esse spiritū foetentem, & aquam uiuam uel siccam. Circa autem perfectionem & imperfectionem (uolumus enim & hoc addere) corporum metallicorū, uersatur uera et tota χημία uera dico χημία, non illa nostra nostrorum chimistarum, quæ furari & memiri docet. Nam illa imperfecta metalla, stannum plumbum, æs, ferrum, chimistæ reducere per contrarium nituntur ad perfectionem, præparatione quadam qua demunt superflua, & absentia adimplent in hisce corporibus imperfectis. Hinc est ille lapis philo ophorum chimistarum, uel quem honorant philosophi (sic enim loquuntur) ad album & ad rubrum: ex quo lapide fit elixie, id est fermentum, aqua scilicet illa coniuncta corpori, quando corpus soluitur in spiritum, id est in aquam mineralem, ex qua factum est ab initio, si ad album est argentum uiuū quod habet in se corpus quod stat, animam quæ uiuificat, spiritum qui tingit, & causat metalla essentialiter. Si uerò ad rubrum est sulphur, non illud adurens, sed uiuum, simplex, calidum,

dum,